



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

28 Crucis signi plures virtutes, & miracula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

vitatis Inquisitor, in suo peculiari ope, de Ceu. lib. 1, cap. 7, & d. numero septenario 249. figuræ describuntur, in eod. lib. 1, cap. 36.

26 In crucis verò signo † exprimitur fides sanctiss. Trinitatis, in eoque toboramur, quemadmodum in incarnatione fuit con- cursus totius Trinitatis, ita ministerio crucis astiterunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, cùm opera extetiota Trinitatis sint inseparabilia, & indivisa, ut tradit idem magister Cyprianus, eod. lib. 1. cap. 7.

27 Habet enim crux Christi † quatuor virtutes, propter quas religiosa, & venerabilis est apud fideles consuetudo, ut signent se signaculo sanctæ crucis.

Prima quidem, quod est signum distinctum servorum Dei Iesu Christi.

Secunda, quia est armatura fortis ad profugandum dæmones, qui tibi erunt Christi est, stare non possunt.

Tertia, virtus ejus est contra vitiorum tentatorum, quæ si mente fidelis habeatur, nulla libido, nulla peccati prævalere potest invidia, sed continuo ad ejus memoratio-

nem totius peccati, & mortis fugit exercitus.

Quarta virtus est, quod operatur, ut di- vinæ benedictionis dexteram homo con- sequatur, ut post Damasc. beatus Chryso- stomus, August. Origen. & beatus Hiero- nym. tradit Turrecrem. in cap. ecclesiarii, 28 n. 3, dist. 11. † & quampluta miracula, aliasque virtutes, quæ ministerio, ac signo sanctæ crucis fuerunt habita, & operan- tur, copiose scribit præfatus magist. Cy- prianus in eodem ope. de cru. in quinque libros distracto per tot.

Fieri enim non debet † crux per modum circuli, sed dextra sursum porrecta, inde quasi recta dicitur linea deotsu, & trans- versalis, altera extendatur à sinistro ad dextrum latus, & maximè referre, hæc signa adamussim fieri, quandoq; autem dæmo- nes nequaquam timuisse aquam sanctam, equia non fuerat titè benedicta, scribit Marsil. ea. Hydrag. sed: 2, cap. 7, n. 39, 40, & 41. Quodque signum crucis fieri de- beat in figura quadrangulari, tenet idem Turrecrem. eo. c. Ecclesiarii, n. 5. quem sequitur mag. Cypr. eod. lib. 1. cap. 7.

DE INDULGENTIIS.

Cap. VII.

S V M M A R I V M

- 1 Indulgentias conferendi potestas fuit à Christo Ecclesia concessa.
- 2 Indulgentia, quid sit.
- 3 Indulgentia duplex, plena, & non plena; barum qualibet quæ sit.
- 4 Indulgencie forma est duplex;

- 5 Indulgentia propriè non remittit culpam; & Culpa, & pœna in peccato consistunt.
- 6 Culpa licet remittatur à Deo per contri- tionem, tamen requiriatur confessio.
- 7 Purgatoriū pœna major est omni pœna, quam unquam aliquis patiatur in pre- senti vita.
- 8 Pœna

